



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Non fuit ritus usitatus in funeribus, sed honor peculiaris Augusto habitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

rentiæ & *ταπεινοφροσύνης*, vel ut loquitur Tertullianus, *ταπεινοφροσύνης* indicia fuerunt, atque hic honor Augusto est habitus, ut qui jam major homine, & inter Divos esset. Non mihi latet quid notaverit magnus Casaubonus: *Falluntur, quod peculiarem Augusto habitum hunc honorem censent, ut à discinctis reliquæ ejus legerentur. Nam in aliorum quoque funeribus idem factitatum. Tibullus,*

Casaub. ad
Suet. 1

Pars quæ sola mei superabit corporis,

ossa

Incinctæ nigra candida veste le-
gent.

Imo vero in plerisque religionis superstitionisve ritibus obeundis calceos ponebant, quod prolixius docet. Mihi tamen neutiquam vir magnus persuadet eos falli, qui hunc peculiarem Augusto habitum honorem volunt, ut nudis pedibus ipsius ossa legerentur. Ego, uti id omnino singulare puto, ut primores equestris ordinis tunicati & discincti legerint reliquias, ita quoque contendo id peculiare fuisse, ut nudis pedibus hoc munus obirent.